



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 217. Carolus VII. a suis Rex proclamatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

mus ceteris vita functis superstes, Thro-Sæcul. XV.  
 num conscendit. Totidem quoque Filias A.C. 1422.  
 numerabat Carolus, nempe, Isabellam,  
 Joannam, Mariam, & alteram Joannam,  
 Michaelinam, & Catharinam. Primo-  
 genita Richardo II. Angliæ Regi juncta,  
 illo decedente Carolo Aureliæ Duci de-  
 sponsata est. Secunda, in cunabulis  
 morte sublata fuit. Tertia vero mundo  
 nuntium misit, & Deo se dicavit in cœ-  
 nobio Pisiacensi, quod sexto ab urbe Pa-  
 risiensi lapide distat. Quarta, nupta est  
 Joanni VI. Britaniæ Duci. Quinta,  
 Philippi uxor fuit, qui Patri ex insidiis  
 Monterigoli interempto in Ducatu Bur-  
 gundiæ successit. Postrema tandem  
 Henrico V. Anglorum Regi Matrimonio  
 copulata fuit.

### §. CCXVII.

*Carolus VII. a suis Rex proclamatur.*

Postquam Carolo VI. extremis honori-  
 bus, ac funebri obsequio parentatum Juven. Urs.  
 est, Bedfordiæ Dux, Henricum adhuc in- Hist. Car. VI  
 fantem, Nepotem suum, Regem salutari Et Chatier.  
 jussit. Econtra vero Delphinus, cum de Histor.  
 Regis Patris sui obitu ad castrum E- Car. VII.  
 peliaci prope Podium in Velaunis, ubi  
 tum agebat, accepisset nuntium, se quo-  
 que postera die sub consuetis solemniiis  
 Regem Galliæ proclamari voluit, cunctis  
 Proce-

Sæcul. XV. Proceribus ipsi adstantibus, ac festive ac-  
A.C. 1422. clamantibus: *Vivat Rex.*

## §. CCXVIII.

*Mahometis I. Turcarum Imperatoris  
obitus.*

*Phranz. l. i.* **H**oc eodem anno Mahometes I. Turca-  
c. 39. rum Imperator, postquam, demptis  
paucis diebus, octavum regni sui annum  
expleisset, vitæ suæ cursum Adrianopoli  
emensus est. Is paucis ante obitum die-  
bus ab Emanuele petierat, ut sibi Asiam  
petenti Constantinopolin transire liceret,  
hanc enim Metropolin in reditu suo  
oppugnare decreverat. Ast a proposito  
suo destitit, victus Emanuelis magnani-  
mitate, utpote qui nec prohibuit trans-  
euntem, nec redeuntem intercepit, prout  
tamen commode potuisset. Fatis proxi-  
mus successorem nominavit Amuratem  
tunc in Asia degentem, e quatuor Filiis  
suis, natu maximum, jussitque mortem  
suam quadraginta diebus usque ad illius  
adventum silentio premi. Intermedio  
hoc tempore magna contentione Con-  
stantinopoli disceptatum, utrum Amura-  
tis potius, quam Mustaphæ, Bajazetis Fi-  
lli amicitia expetenda esset. Präplacuit  
Emanueli primus: non idem sensus erat  
Joanni Palæologo ejus filio, captus enim  
erat promisso, vi cuius Mustapha amplam  
ei